rum vel malorum depulsor quam rector ac meditator mentium

deus. qui cum ex alta providentie specula respicit. quid unicu

ique conveniat agnoscit. et quod convenire novit accomodat. hic iam // Unde impe[r]at homini

acientifico

fit illud fatalis ordinis insigne miraculum cum ab sciente geri

frer

tur quod stupeant ignorantes. nam ut pauca que ratio valet hum

restringam homine

ana de divina profunditate perstringam de hoc quem tu iustissi

mu et equi s(er)uatissimu(m) putas. Dia ce(n)ti p(ro)uidencia diuine

videt(ur). Et victrice(m) q(ui)de(m) ca(usa)m diis victa(m) u(ero) catoni placuisse famili

aris n(oste)r lucanus admonuit. H(ic) (igitur) q(ui)dq(ui)d c(it)ra spe(m) videas geri reb(us) q(ui)de(m)

rect(us) ordo e(st) opinioni u(ero) tue p(er)u(er)sa (con)fusio. S(ed) sit a(liqu)is ita bene

morat(us) ut de eo diuinu(m) iudiciu(m) pari(te)r (et) humanu(m) (con)senciat.

S(ed) e(st) animi virib(us) i(n)firm(us). Cui si q(ui)d eue(n)it adu(er)si desinet co

lere forsita(n) i(n)nocencia(m) p(er) q(ua)m n(on) p(otu)it potuit retinere fortu

na(m). Parcit itaq(ue) sapiens dispe(n)sacio ei q(ue)m deteriore(m)

facere possit adu(er)sitas ne cui n(on) (con)uenit laborare paciatur.

Est ali(us) cu(n)ct(is) v(ir)tutib(us) absolut(us) s(an)c(tu)sq(ue) ac deo p(ro)xim(us). Huc

(con)tigi q(ui)b(us)lib(et) adu(er)sis nefas p(ro)uidencia iudicat adeo ut ne

corporeis q(ui)de(m) morbis agitari sinat. Na(m) ut q(ui)da(m) me q(uo)q(ue)

excellencior ait/ naptati/ ipei/ aniiato/ epocoi/ th(e)o/ aa/ vta/ Fit

aut(em) sepe uti bo(n)is su(m)ma re(rum) rege(n)da deferat(ur). Ut exub(er)ans

retu(n)dat(ur) i(m)probitas. Aliis mixta q(uae)da(m) p(ro) a(n)i(m)o(rum) q(u)alitate dis

t(ri)buit. Q(uo)sda(m) remordet ne longa felicitate luxurie(n)t

duris malis agitari ut virtutes animi paciencie usu adq(ue)

Margin: p(ri)mo c(aus)a cur de(us) dat bonu(m) (et) bonu(m) re(rum) p(ro)porcio ad p(ri)mu(m) ... ; 2 c(aus)a cur de(us) dat bonu(m) bonis ... in fide

Margin (right): po(n)it c(aus)a(m)

multo magis timent qua possunt supportare propter debilitate animi

exercitacione confirmet. Alii plus equo metuit quod ferre non possunt
hos in experimentum sui tristibus ducit. Non nulli venerandum seculi
nomen gloriose preciose precio mortis emunt. Quidam sup
pliciis Inexpugnabiles exemplum ceteris protulerit invictam malis
esse virtutem. Que quam recte atque disposite et ex eorum bono quibus
accedere videntur fiant nulla dubitacio est. Nam illud quoque quod impro
bis nunc tristicia nunc optata proveniunt ex eisdem ducitur cau
sis. ac de tristibus quidem nemo miratur quod eos male meritos omnes
extimant. Quorum quidem supplicia tum ceteros sceleribus deterret
tum ipsos quibus vehementer emendat. leta vero magnum bonis argu
mentum loquitur. Quid de huius modi felicitate debeat iudica
re cum famulari credo. quod est forsitan alicuius tam preceps at
que importuna natura. ut eum in scelera sua pocius exacerbare p
ossit rei familiaris inopia huius morbo providencia collacte
pecunie remedio medetur. hic fedatam probris concienciam exp
ectans. et secum fortunam suam comparans forsitan pertimescit ne
cuius rei iocundus usus est. sit tristis amissio. Mutabit igitur

quod ostendit quare deus

mores ac dum fortuna metuunt amittere nequiciam derelinquunt. // Alios

in cladem meritam precipitavit indigne acta felicitas. // Quibusdam

permissum est puniendi ius. ut exercicii bonis et malis esset causa su

plicii. Nam ut probis atque improbis nullum fedus est. ita ipsi inter

se improbi nequeunt convenire. Quidni. cum a semet ipsis discerpentibus

consciencia viciis quique dissentiant. faciantque sepe que cum gesserint non

fuisse gerenda decernant. Ex quo sepe summa illa providencia pro

tulit insigne miraculum. ut malos mali bonos facerent. Nam

dum iniqua sibi a pessimis quidam perpeti videntur noxiorum odio fla

grantes ad virtutes frugem redierunt. dum se eis dissimiles student esse

quos oderant. Sola est enim divina vis cui mala quoque bona sint. cum

eis competenter utendo alicuius boni elicit effectum. Ordo enim qui

dam cuncta amplectitur ut quod assignata ordinis ratione discesse

rit licet. In alium tamen ordinem relabatur. Ne quid in regno providen

cie liceat temeritati // Sophia / a cos / mus / dei / ex / ov / omnipotens /

Neque enim phas est hominum cunctas divini operis machinas vel in

genio comprehendere vel explicare sermonem. Hoc tamen prospexisse

se sufficiat quod naturarum omnium proditor deus idem ad bonum dirigens cuncta dispoit. dumque ea que protulit in sui similitudinem retinere festinat. malum omne de rei publice sue terminis per fatalis seriem necessitatis eliminet. Quo fit ut que in terris abundare creduntur. si disponentem prouidentiam spectes. nichil usquam mali esse perpendas. Sed video te iam dudum et pondere questionis oneratum. et rationis prolixitate fatigatum. aliquam carminis expectare dulcedinem. Accipe igitur haustum quo refectus firmior in ulteriora contendas;

Si uis celsi iura tonantis — probat quod omnia sunt bene gubernata
Pura solers cernere mente
Aspice celsi culmina celi
Illic iusto federe rerum
Veterem seruant sidera pacem
Non sol rutillo concitus igne
Gelidum phebes impedit axem
Nec que summo uertice mundi

Flectit rapidos ursa meatus
Nunquam occiduo lota in profundo
Cetera cernens sidera mergi
Cupit occeano tingere flamas.
Semper vicibus temporis equis
Vesper seras nunciat umbras
Revehitque diem lucifer almum
Sic eternos reficit cursus
Alternus amor. sic astrigeris
Bellum discors exulat oris
2a pars Hec concordia temperat equis
Elementa modis. ut pugnancia
Vicibus cedant humida siccis
Jungantque fidem frigora flammis
Pendulus ignis surgat in altum
Terreque graves pondere sidant
His de causis vere tepenti

Spirat florifer annus odoris
Estas cererē feruida siccat
Remeat pomis grauis autumnus
Hiemez defluus irrigat imber
3 Hec temperies alit ac profert
Quid uitā spirat in orbe
Eadez rapiens condit et aufert
Obitu mergens orta supremo
2a p[ar]s Sedet interea conditor altus
Rerumq[ue] regens flectit habenas
Rex et dominus fons et origo
Lex et sapiens arbiter equi
Et que motu concitat ire
Sistit retrahens ac uaga firmat
Nam nisi rectos reuocans itus
Flexos iterum cogat in orbes
Que nunc stabilis continet ordo

Dissepta suo fonte fatiscant

Hic est cunctis communis amor

Repetuntque boni fine teneri

Quia non aliter durare queant

Nisi converso rursus amore

Refluant cause que dedit esse

Ultima prosa

Iam ne igitur vides quid hec omnia que diximus consequantur. Quidnam inquam. Omnem inquit bonam prorsus esse fortunam. Et qui id inquam fieri potest. Attende inquit. Cum omnis fortuna vel iocunda vel aspera tum remunerandi exercendive bonos tum puniendi corrigendive improbos causa deferatur. Omnis bona quam vel iustam constat esse vel utilem. Nimis quidem inquam vera ratio. Et si quam paulo ante docuisti providenciam fatumve considerem firmis viribus nixa sententia. Sed eam si placeat inter eas quas inopinabiles paulo ante posuisti numeremus. Qui inquit. Quia id hominum sermo communis usurpat. Et quidem crebro quorundam malam esse fortunam. Visne igitur paulisper vulgi sermonibus accedamus. ne nimium velut

Nota

uid ab humanitatis usu recessisse videant. Ut placeat inquam
(gloss: non iudicas)
p. // Nonne igitur bonum censes esse quod prodest. Ita est inquam. // Que vero aut
(gloss: fortuna)
exercet aut corrigit prodest. Fateor inquam. Bona igitur. Quidni. Sed hec
est eorum qui vel in virtute positi contra aspera bellum gerunt vel a viciis
(gloss: i. suscipiunt)
declinantes virtutis iter arripiunt. Negare inquam nequeo. Quid vero
(gloss: prosperitas; vel iudicat)
iocunda que in premium tribuitur bonis num vulgus malam esse decernit.
(gloss: bona sunt; prosperitas sunt; s. fortuna)
Nequaquam verum uti est ita quoque esse optimam censet. Quid vero reli
(gloss: iusta pena; i. punit)
qua que cum sit aspera iusto supplicio malos coercet num bonam populus
(gloss: prosperitas sunt; ymaginare posit)
putat. Immo omnium inquam que excogitari possunt iudicat esse miserrimam
(gloss: nos; non credibile)
// Vide igitur ne opinionem populi sequentes quiddam valde inopinabile confi — Nota
(gloss: est; abutis; reg.; bene)
cerimus. Quid inquam. Ex his enim ait que concessa sunt evenit eorum quidem
(gloss: i. remuneracio; i. exercicio; correctio; formam)
qui vel sunt in possessione vel in provectu vel in adeptione virtutis omnem
(gloss: tirare)
nem que cumque sit bonam in improbitate vero manentibus omnem pessimam
(gloss: coram vulgo)
esse fortunam. // Hoc inquam verum est tametsi nemo audeat confiteri.
Quare prosa — // Quare inquit ita sapiens vir moleste ferre non debet quociens
in fortune certamen adducitur ut virum fortem non decet indig
(gloss: s. bonum fecit; i. impulit)
nari quociens increpuit bellicus tumultus utrique enim huic

(right margin: o que omnis fortuna est bona)

quidez g[ra]tie propagatio ipi u[est]ri sapiencie conformanda dificult

ctesiphes vires

as ipa mat[er]ia e[st]. ex quo eciaz v[est]r[u]s vocatur qui suis viribus ni

tens no[n] supera[tur] adu[er]sis. // Neqz .n. vos i[n] provectu[m] positi virtut[is]

Nota

abundare

i. debilitare

defluere deliciis marcessere voluptate venistis: p[ro]eliu[m] cu[m] for

i. acter

i. forma adu[er]sa

c[on]s[er]atis

p[er]ut

p[ro]sp[er]a

tuna nimis acre c[on]seritis ne vos aut t[r]istis opp[ri]mat. aut io[cu]nda

i[n]ire

corru[m]pat. Firmis mediu[m] viribus occupate. // Quicq[ui]d aut i[n]fra

modum su[m]

subsistit aut ult[ra] p[ro]cedit: habet c[on]te[m]ptu[m] felicitatis non

h[ab]et p[re]miu[m] laboris. In v[est]ra .n. situ[m] e[st] manu[m] q[u]alez v[ob]is fortuna[m]

i. magis vult

formare malitis. o[mn]is .n. que videtur asp[er]a n[isi] exercet aut cor

rigit punit.

i. decem annis

Bella bis q[ui]nis operat[us] a[n]nis

filius agamenon / atrides / p[ro]p[ter] / de t[r]oia

i. victor

Ultor atrides f[r]igie ruinis

i. a menalau / elena q[ue] g[ra]ta erat i[n] talamis / vindicavit

Frat[r]is amissos talamos piavit

i. agameno / i. grecie / i. vel te navis

Ille du[m] graie dare vella clasi

i. navigiis

Optat et ventos redimit cruore

qui p[ro]sp[er]ent / cum sacrificie

Exuit patrez miseru[m]q[ue] t[r]istis

i. sacrificando / i. ifigenia / i. gladiu[m] / i. ille episcopus / dat / gutture is / colcas

Federat nate iugulu[m] sacerdos.

elena a menalau

agameno[n] rexo

Flevit amissos ytacus sodales — polifemus gigans est

Quos ferus vasto recubans in antro

Mersit immani polifemus alvo

Sed tamen caeco furibundus ore

Gaudium maestis lacrimis rependit.

Herculem duri celebrant labores.

Ille centauros domuit superbos.

Abstulit saevo spolium leoni. — nemea est pars

Fixit et certis volucres sagittis.

Poma cernenti rapuit draconi

Aurea laeva gravior metallo.

Cerberum traxit triplici catena.

Victor immitem posuisse fertur

Pabulum saevis dominum quadrigis.

Ydra combusto periit veneno.

Fronte turpatus achelous amnis

Ora demersit pudibunda ripis.

3 labor Errauit anteum libicis arenis.

10 labor Cacusque euandri saciauit iras.

11 labor Quosque pressurus foret altus orbis

12 labor Setiger spumis humeros notauit.

Ultimus celum labor irreflexo

Sustulit collo pretiumque rursus

Ultimi celum meruit laboris.

Ite nunc fortes ubi celsa magni

Ducit exempli uia cur inertes

Terga nudatis superata tellus

Sidera donat ;

Liber quintus

Dixerat orationisque cursum ad alia quedam

tractanda atque expedienda uertebat. cum e[go]

recta quidem inquam exortacio tua que prorsus actoritate d[ignissima]

[di]gnissima. Sed quod tu dudum de prouidencia questionem plu[ribus]

aliis implicitam esse dixisti re experior. quero enim

aliquid esse omnino et quidnam esse casum arbitrere. Tum illa: Festino inquit debit-
um promissionis absolvere viamque tibi qua [i. ad patriam] patriam revearis aperire.
Haec autem et si perutilia cognitu, tamen a proposito nostri tramite paulisper ad-
versa sunt, verendumque est ne deviis fatigatus ad emetiendum [i. mensurandum]
rectum iter sufficere non possis. Ne id inquam prorsus vereare; nam
quietis mihi loco fuerit ea quibus maxime delector agnoscere.
Simul cum omne disputationis tuae latus indubitata fide constiterit, nihil
de sequentibus ambiguatur. Tum illa: morem tibi inquit geram; simul que
[in progrediendum] sic exorsa est: Si quidem inquit aliquis eventum temerario motu nullaque
causarum connexione productum casum esse definiat, nihil omnino
casum esse confirmo et praeter subiectae rei significationem inanem prorsus
vocem esse decerno. Quis enim coercente in ordinem cuncta deo locus esse
ullus temeritati posset reliquus? Nam nihil ex nihilo existere
vera [est simplex] sententia, cui nemo umquam veterum [qui dixit] refragatus est, quamquam
id illi non de operante principio sed de materiali subiecto hoc omnium de
natura rationum quasi quoddam iecerunt fundamentum. At si nullis ex caus-
is aliquid oriatur, id de nihilo ortum esse videbitur; quod si hoc fieri

neque nec causarum quidem huius esse possibile est pauca aut aequalem
diffiniens. Quid igitur inquam nihilne est quod vel casus vel fortuitum
iure appellari queat an aliquid est tametsi vulgus lateat cui vocabula
ista conveniant. Aristotiles meus id inquid in Fisicis et bre-
vi et veri propinqua ratione diffinivit. Quonam inquam modo. Quo-
tiens aliquid ait cuiuspiam rei gratia geritur aliudque quibusdam de
causis quam quod intendebatur obtingit casus vocatur ut si quis colen-
di agri causa fodiens humum defossi auri pondus inveniat. Hoc igitur for-
tuitu quidem creditur accidisse verum non de nichillo est. Nam proprias
causas habet quarum improvisus inopinatusque concursus casum videtur
operatus. Nam nisi cultor agri humum foderet et nisi eo loco deposi-
tor pecuniam suam obruisset aurum non esset inventum. Hae sunt
igitur fortuiti causae compendii quod ex obviis sibi et confluentibus causis
non ex gerentis intentione provenit. Neque enim vel qui aurum obr-
uit vel qui agrum exercuit ut ea pecunia reperiretur intendit sed uti
dixi quo ille obruit hunc fodisse convenit atque concurrit. Licet
igitur diffinire casum esse inopinatum ex confluentibus causis in his

que ob aliquid geritur, euenientium. Concurrere uero atque confluere causas facit ordo ille inevitabili connexione procedens, qui de prouidencie fonte descendens cuncta suis locis temporibusque disponit.

Rupis achimenie scopulis. ubi uersa sequentum

Tigris et eufrates uno se fonte resoluunt,

Pectoribus figit spicula pugna fugax

Et mox abiunctis dissociantur aquis

Si coeant cursumque iterum reuocentur in unum

Confluat alterni quod trahit unda uadi

Conueniant puppes et uulsi flumine trunci

Mixtaque fortuitos implicet unda modos

Quos tamen ipsa uagos terre decliuia casus

Gurgitis et lapsi defluus ordo regit

Sicque permissis fluitare uidetur habenis

Fors patitur frenos ipsaque lege meat.

Animaduerto inquam idque uti tu dicis ita esse consencio. Sed in hac herentium sibi serie causarum estne ulla nostri arbitrii libertas

An ipsos quoque humanorum motus animorum fatalis illa cathena constringit

Est inquit neque enim fuerit ulla rationalis natura quin eidem libertas ad

sit arbitrii. Nam quod ratione uti naturaliter potest id habet iudicium quo quidque

discernat. Per se igitur fugienda optandave dignoscit. Quod vero quis op

tandum esse iudicat petit, refugit vero quod estimat esse fugiendum.

Quare quibus in ipsis inest ratio inest etiam volendi nolendique libertas. Sed hanc

non in omnibus equam esse constituo. Nam supernis divinisque substan

tiis et perspicax iudicium et incorrupta voluntas et effi

cax optatorum presto est potestas. Humanas vero animas liberiores

quidem esse necesse est cum se in mentis divine speculatione conservant. Mi

nus vero cum dilabuntur ad corpora. Minusque etiam cum terrenis artu

bus colligantur. Extrema vero est servitus cum viciis dedite rationis proprie

possessione ceciderunt. Nam ubi oculos a summe lucis veritate

ad inferiora et tenebrosa deiecerint, mox inscicie nube caliga

tur et perniciosis turbantur affectibus, quibus accedendo consenciendo

que quam invexere sibi adiuvant servitutem et sunt quodam modo propria libertate

captive. Que tamen ille ab eterno cuncta prospiciens providencie cernit

quibus ordinata

intuitus / et suis quaeque meritis praedestinata disponit / Nam deus omnia p

videt omnia gubernat omnia exaudit

solem

P Puro clarum lumine phebum

i. mente solidum · i. ille poeta grecus · i. dulcis per suavis eloquentie

Melliflui canit oris homerus.

scilicet sol

Qui tamen intima viscera terre.

aut profundo · i. maris

Non valet aut pelagi radiorum

i. debilis · i. penetrare

Infirma perrumpere luce.

pro non est subtilis · i. deus

Haud sic magni conditor orbis.

scilicet conditorem

Huic ex alto cuncta tuenti

Nulla terre mole resistit

i. obscura

Non nox atris nubibus obstat.

Que sint que fuerint / veniantque.

deus scit

Uno mentis cernit in ictu

Que quia respicit omnia solus

Verum quem possis dicere solem;

[illegible]

certe

Tum ego en inquam difficiliori rursus ambiguitate

i. magno

confundor / Que nam igitur ista est inquit iam enim quibus perturbare coniecto.

nimium igitur adversari ac repugnare videtur praenoscere universa deum et esse ullum libertatis arbitrium. Nam si cuncta prospicit deus neque falli ullo modo potest, evenire necesse est quod providentia futurum esse providit. Quare si ab eterno non facta hominum modo sed etiam consilia voluntatesque praenoscit, nulla erit arbitrii libertas; neque enim vel factum aliud ullum vel quaelibet existere poterit voluntas nisi quam nescia falli providentia divina praesenserit. Nam si aliorsum quam provisae sunt detorqueri valent, non iam erit futuri firma praescientia sed opinio potius incerta, quod de deo credere nephas iudico. Neque enim illam probo rationem qua se quidam credunt hunc quaestionis nodum posse dissolvere. Aiunt enim non ideo quid esse eventurum quoniam id providentia futurum esse prospexerit, sed e contrario potius, quoniam quid futurum est, id divinam providentiam latere non posse, eoque modo necessarium esse hoc in contrariam relabi partem; neque enim necesse esse contingere quae providentur, sed necesse esse quae futura sunt provideri, quasi vero quae cuius rei causa sit, praescientiane futurorum necessitatis an futurorum necessitas providentiae laboret, ac non illud demonstrare nitamur, quoniam quoquo modo

sese habeat

sese habeat ordo causarum / necessarium esse eventum prescitarum rerum / etiam si
presciencia futuris rebus eveniendi necessitatem non videatur inferre / et
enim si quispiam sedeat / opinionem que eum sedere coniectat veram esse necesse est
/ atque e converso rursus / si de quopiam vera sit opinio / quoniam sedet eum
sedere necesse est / In utroque igitur necessitas inest / in hoc quidem sedendi. At
vero in altero veritatis / set non idcirco quisque sedet quia vera est opinio / set
hec est vera pocius / quoniam quempiam sedere precessit / ita cum causa veritatis ex
altera parte procedit / inest tamen communis in utraque necessitas / Similia de
providencia futurisque rebus raciocinari patet / nam etiam si idcirco quoniam
futura sunt providentur / non vero ideo quoniam providentur eveniunt /
nichilominus tamen ab deo vel ventura provideri vel provisa ne
cesse est evenire / Quamvis divina providencia ullum eis inferat
necessitatem / Quod ad perimendam arbitrii libertatem solum satis est
/ Iam vero quam preposterum est / ut eterne presciencie temporalium rerum eventus
causa esse dicatur / Quid est autem arbitrari aliud ideo deum futura quoniam sunt eventura
providere / quam putare que olim acciderunt / causam summe illius providencie
esse / Ad hec sicuti cum quid esse scio id ipsum futurum esse necesse est / sic sit

id ipsum esse / ita etiam quod futurum novi id ipsum futurum esse necesse est / sic fit igitur ut

eventus praescitae rei nequeat evitari / postremo si quid / quis aliorsum atque sese

res habet existimet / id non modo scientia non est / sed est opinio fallax ab scientiae veritate

longe diversa / quare si quid ita futurum est / ut eius certus ac necessarius

non sit eventus / id eventurum esse praesciri quid poterit / sicut enim scientia

ipsa impermixta est falsitati / ita id quod ab ea concipitur esse aliter atque

concipi nequit / ea namque causa est cur mendacio scientia careat / quod se ita

rem sese habere necesse est / uti eam sese habere scientia comprehendit / Quid

igitur / quonam modo deus haec incerta futura praenoscit / Nam si inevitabiliter eventura

censet / quae etiam non evenire possibile est / fallitur / Quod non sentire modo

nefas est / sed etiam voce proferre / at si ita uti sunt ita ea futura

esse decernit / ut aeque vel fieri ea vel non fieri posse cognoscat / Quae est

haec praescientia quae nihil certum nihil stabile comprehendit / aut quid hoc refert vaticinio

illo ridiculo Tiresiae / Quidquid dicam aut erit aut non erit

Quid etiam divina providentia humana opinione praestiterit / si uti homines

incerta iudicat quorum est incertus eventus / Quod si apud illum rerum omnium

certissimum fontem nihil incerti esse potest / Certus eorum est eventus / quae fu

Nota

Tiresia

3 modis

quod futura firmiter

i. noticias

Veri tectas reperire notas i. indivisa

Scit, neque apertum arripit nosse

q. d. nullus laborat in adiscendo id quod scit

Sed quis nota scire laborat ut dicit aristoteles homines non desiderant

i. ignorans petit

i. cur

Ac si nescit, quid caeca petit

est scitum i. ignorans

Quis enim quicquam nescius optet ut dicit augustinus invisa amare et desiderare possumus incognita minime

i. non intellecta

Aut quis valeat nescita sequi

Quove inveniat, quis repertam

Queat ignarus noscere formam

4a pars

An cum mentem cerneret altam

i. principia i. conclusiones / nobiscum erat

Pariter summam et singula norat

Nunc membrorum condita nube

i. corporis mei

Non in totum est oblita sui

i. noticia principiorum i. scilicet conclusiones

Summamque tenet singula perdens.

cognoscenda

Igitur quisquis vera requirit

q. d. neque scit totaliter nec ignorabit totaliter

Neutro est habitu: nam neque novit ut dicit augustinus quid est quod non videat qui videntem omnia videt

non totaliter

Nec penitus tamen omnia nescit i. noticia principiorum

Sed quam retinens meminit summam

i. actuali cognitione

Contulit alte uisa retractans

coniunxisset suo fuisset oblita

Ut fluat queat oblitas

i. conclusione

Addere partes

questio

Tum illa uetus inquit hec est de prouidencia querella a mar-

multum disputata

cio que tulio cum diuinationem distribuit vehementer agitata tibique

ipsi res diu prorsus multum que quesita sed aut ab ullo uestrum acte-

determinata constitutas

nus satis diligenter ac firmiter expedita. Cuius caliginis causa

est quod humane ratiocinationis motus ad diuine prescientie simpli-

aliquo

citatem non potest admoueri. Que si ullo modo cogitari po-

test nihil prorsus relinquetur ambigui. Quod ita demum pa-

tefacere atque expedire temptabo si prius ea quibus moueris

expediero. Quero enim cur illam soluentium rationem minus effi-

opinio

cacem putes que quia prescienciam non esse futuris rebus causam necessi-

tatis existimat nihil impediri prescientia arbitrii libertatem pu-

tat. Num enim tu aliunde argumentum futurorum necessita-

tis trahis nisi quod ea que presciuntur non euenire non possunt. Si igitur

prenotio nullam futuris rebus adicit necessitatem prout

eciam paulo ante fatebare, quid est quod voluntarii exitus rerum ad eventum cogantur
eventum? etenim posicionis gracia ut quid consequatur advertas, statuamus nullam esse
presciam. Num igitur quantum ad hec attinet que ex arbitrio eveniunt ad necessitatem
coguntur? minime. Iterum statuamus iterum esse, sed nichil rebus necessitatis in-
iungere, manebit ut opinor eadem voluntatis integra atque abso-
luta libertas. Sed presciencia inquies tametsi futuris eveniendi
necessitas non est, signum tamen est necessario ea esse ventura. Hoc igitur modo eciam si pre-
cognicio non fuisset, necessarios futurorum exitus esse constaret. Omne enim sig-
num tantum quid sit ostendit, nichil non ex necessitate contingere, ut non prenocionem
signum esse huius necessitatis appareat; alioquin si hec nulla est, ne illa quidem
eius rei signum poterit esse que non est. Iam vero probacionem firma racione subnixam
constat non ex signis neque petitis extrinsecus argumentis, sed ex con-
venientibus necessariisque causis esse ducendam. Sed qui fieri potest ut ea
non proveniant que futura esse providentur? quasi vero nos ea que providencia futura
esse prenoscit non esse eventura credamus, ac non illud pocius arbitremur, licet
eveniant, nichil tamen ut evenirent sui natura necessitatis habuisse; quod hinc
facile perpendas licebit. Plura enim dum fiunt subiecta oculis intue-

mur ut ea que in quadrigis moderandis atque flectendis facere spectantur auriga
atque adhuc modum cetera. Num igitur quicquam illorum ita fieri necessitas ulla compellit? Minime. Frustra enim esset artis effectus si omnia coacta moverentur. Que igitur cum fiunt carent existendi necessitate, eadem prius quam fiant sine necessitate sunt. Quare quedam eventura quorum exitus ab omni necessitate sit absolutus. Nam illud quidem nullum arbitror esse dicturum, quod que nunc fiunt prius quam fierent eventura non fuerint. Hec igitur etiam precognita liberos habent eventus. Nam sicut scientia presencium rerum nichil hiis que fiunt, ita presciencia futurorum nichil hiis que ventura necessitatis importat. Sed hoc [...] ipsum dubitatur, an earum rerum que necessarios exitus non habent ulla possit esse prenoscio. Dissonare etenim videntur putasque, si provideantur, consequi necessitatem, si necessitas desit, minime presciri, nichil quod presciencia divina comprehendi posse nisi certum. Quod si que incertus sunt exitus ea quasi certa ~~necessitatem~~ providentur, opinionis id esse caliginem non sciencie veritatem. Aliter enim ac sese res habeat arbitrari ab integritate sciencie credis esse diversum. Cuius erroris causa est, quod omnia que quisque novit ex ipsorum tantum vi atque natura cognosci estimat que sciuntur; quod totum contra est. Omne enim quod cognoscitur non secundum sui vim sed

concludit q

sed cognoscencium pocius comprehenditur facultatem / Nam vt hoc breui
liqueat exemplo / eadem corporis rotunditatem partibus comprehendit aliter
visus / aliter tactus / ille eminus manens / totum simul iactis radiis intuetur
/ hic vero coherens orbi atque coniunctus circa ipsum motus ambitum rotundita
tem partibus comprehendit / ipsum quoque hominem aliter sensus aliter ymaginacio aliter
racio aliter intelligencia contuetur / sensus enim / figuram in subiecta materia
constitutam / ymaginacio vero solam sine materia iudicat figuram / racio vero
hanc quoque transcendit / speciemque ipsam que singularibus inest vniuersali conside
racione perpendit / intelligencie vero celsior oculus existit / supergressa namque
vniuersitatis ambitum / ipsam illam simplicem formam pura mentis acie
contuetur / in quo illud maxime considerandum est / nam superior comprehendendi vis
amplectitur inferiorem / inferior vero ad superiorem nullo modo consurgit /
Neque enim sensus aliquid extra materiam valet / vel vniuersales species ymaginacio contuetur
/ vel racio capit simplicem formam / sed intelligencia quasi desuper spectans
concepta forma que subsunt etiam cuncta diiudicat / sed eo formam
modo ipsam que nulli alii nota esse poterat comprehendit / Nam et racionis vniuersitatem
et ymaginacionis figuram et materiale sensibile cognoscit / Nec racione

utens nec ymaginatione nec sensibus / Sed illo uno ictu mentis formata ut ita dicam cuncta prospiciens / Ideo quod cum quid universale respicit / nec ymaginatione nec sensibus utens, ymaginabilia vel sensibilia comprehendit / Haec enim est quae conceptionis suae universale ita diffinit homo est animal rationale bipes / quae cum universales notio sit / tamen ymaginabile sensibilemque esse rem nullus ignorat / quod illa non ymaginatione vel sensu / sed rationali conceptione considerat / Ymaginatio quoque tamen si ex sensibilibus visendi formandique figuras sumpsit exordium / sensu tamen absente sensibilia quaeque collustrat / non sensibili sed ymaginabili / ratione iudicandi / [illegible] Videsne igitur ut in cognoscendo cuncta potius sua facultate quam eorum quae cognoscuntur utantur / Neque id iniuria / nam cum omne iudicium iudicantis actu existat / necesse est ut suam quisque operam non ex alienis sed ex propria potestate perficiat

quondam
Quondam porticus attulit
Obscuros nimium senes
res sensibus
Qui sensus et ymagines
corporibus
Corporis extimis
Credunt mentibus imprimi
Ut quondam celeri stilo
consuetudo
Mos est aequore paginae
Quae nullas habeat notas

Prelas stringere litteras
motibus supple
2m pars Sed mens si propriis vigens
Nichil motibus explicat
Sed tantum paciens iacet
Notis subdita corporum
Cassasque in speculi vicem
Rerum reddit ymagines
Unde hec sic animis viget
Cernens omnia nocio
Que vis singula perspicit
Aut que cognita dividit
Que divisa recolligit
Alternumque legens iter
Nunc summis caput inserit
Nunc decidit in infima
Tum sese referens sibi
Veris falsa redarguit
Hec efficiens magis
Longe causa potencior
Quam que materie modo
Impressas patitur notas
Precedit tamen excitans
Ac vires animi movens
Vivo in corpore passio
Cum ut lux occulos ferit
Vel vox auribus instrepit
Tum mentis vigor excitus
Quas intus species tenet
Ad motus similes vocans
Notis aplicat exteris
Introrsumque reconditis
Formis miscet ymagines

Quod si in corporibus senciendis quamvis aficiant

instrumenta sensuum forinsecus obiecte qualitatis / animique age- Nō
ris vigore passio corporis antecedat / que in se actum men-
tis provocet / excitetque menti quiescentes interim intrinsecus
formas / et si in sentiendis in ipsis corporibus animus non passione in-
signitur / sed ex sua vi subiectam corpori iudicat passionem quan-
to magis ea que cunctis corporum affectionibus absoluta sunt in
discernendo non obiecta extrinsecus sequuntur / sed actum mentis sue
expediunt / hac itaque racione multiplices cognitiones diver-
sis ac differentibus substantiis cessere substantiis itaque / Sensus enim so-
lus cunctis aliis cognitionibus destitutus immobilibus animanti-
bus cessit quales sunt conche maris / quoque alia saxis nutri-
untur herencia ymaginacio vero mobilibus beluis / quibus iam
inesse fugiendi vel appetendi aliquis videtur affectus / racio vero humani tantum generis Nō
est / sicut intelligencia sola divinum (divinum) / quo fit ut ea noticia cete-
ris prestet / que suapte natura non modo proprium sed ceterarum quoque noticiarum
subiecta cognoscit / quid igitur si racioni sensus ymaginacioque refra-
gantur nichil esse id universale dicentes / quod sese intueri racio putat

Quod nisi sensibile vel ymaginabile est id vniuersum esse non posse /
Sicut igitur rationis sit verum esse iudicium / nec quidquam esse sensibile / aut quoniam
sibi notum sit / plura sensibus et ymaginacioni esse subiecta / inanem
conceptionem esse rationis / que quod sensibile sit ac singulare quasi quiddam
vniuersale consideraret / Ad hec si ratio respondeat / se quidem et quod sen
sibile et ymaginabile sit in vniuersitatis ratione conspicere / illa
vero ad vniuersitatis cognitionem aspirare non posse / quoniam eorum notio
corporales figuras non posset excedere / de rerum vero cognitione fir
miori potius quam perfectiori iudicio esse credendum / In huius igitur
lite nos constituti quibus tam ratiocinandi quam ymaginandi etiam
sentiendique vis inest / nonne rationis potius causam probaremus / Simile est
quod humana ratio diuinam intelligenciam futura nisi ut ipsa cognos
cit non putat intueri / nam ita disseris si qua certos ac necessarios habere
non videantur euentus / ea certe euentura presciri nequeunt / harum
igitur rerum nulla est presciencia / quam si etiam in hijs esse credamus / ni
chil est quod non ex necessitate proueniat / Si igitur uti rationis parti
cipes sumus / ita diuine iudicium mentis habere possemus

sic imaginationes sensibus quas rationes cadere oportere iudicamus sic di-
vine sese mentis humana summittere rationem iustissimum censeremus quare
in illius summe intelligentie cacumine si possumus erigamur illic enim ratio
videbit quod in se non potest intueri id autem est quonam modo
etiam certos exitus non habent certa tamen iudicat ac diffinita pre-
notio neque id sit opinio sed summe potius scientie nullis termi-
nis inclusa simplicitas

q Quam variis terras animalia permeant figuris
Namque alia extento sunt corpore pulveremque verrunt
Continuumque trahunt vi pectoris incitata sulcum
Sunt quibus alarum levitas vaga verberet ventos que
Et liquido longi spacia etheris enatet volatu
Hec pressisse solo vestigia gressibusque gaudent
Vel virides campos transmittere vel subire silvas
Que videres licet omnia discrepare formis variis
Prona tamen facies hebetes valet ingravare sensus
Unica gens hominum celsum levat altius cacumen

Atque levis recto stat corpore despicitque terras
Haec nisi terrenus male desipis admonet figura
Qui recto celum vultu petis exerisque frontem
In sublime feras animum quoque ne gravata pessum
Inferior sidat mens corpore celsius levato

Quoniam igitur uti paulo ante monstratum est omne quod scitur non
ex sua sed ex comprehendentium natura cognoscitur intueamur nunc
quantum fas est quis sit divine substancie status ut quenam eius
sciencia sit possimus cognoscere. Deum igitur eternum esse cunctorum ratione
degencium commune iudicium est. Quid sit igitur eternitas consideremus
haec enim nobis naturam pariter divinam scienciamque patefacit. Eternit-
as est igitur interminabilis vite tota simul et perfecta possessio quod
ex collacione temporalium clarius liquet. Nam quidquid vivit in tempore id
presens a preteritis in futura procedit nihilque est in tempore constitutum quod
totum vite sue spacium pariter possit amplecti. Sed crastinum
quidem nondum apprehendit hesternum vero iam perdidit in hodierna
quoque vita non amplius vivitis quam in illo mobili transitorioque

quod omne receptum ad modum recipientis recipitur

quid eternitas sit

quod in diffinicione dei perfecta sit intellecta temporalium rerum

nam presens est eius pars preteriti pars futuri

Ita q data aristotilis posi
cione mundus no esset etern
nus qa no totus simul

monendo / q igitur temporis patitur condicionem / licet id de mundo sicut uti
censuit aristotiles . nec cepit umquam esse nec desinet / uitaque eius cum tempo
ris patitur condicione infinitate tendatur / nondum tamen / tale est ut eter
num esse iure credatur / non enim totum simul infinite licet uite spac
ium comprehendit atque complectitur / sed futura nondum transacta non iam
habet / quod igitur interminabilis uite plenitudinem totam pariter comprehen
dit ac possidet cui neque futuri quicquam absit / nec preteriti fluxer
it / id eternum esse iure perhibetur / idque necesse est et sui compos presens
sibi semper assistere / et infinitatem mobilis temporis habere presentem / unde non
recte quidam aiunt / qui cum audiunt uisum esse platoni / mundum
hunc nec habuisse inicium temporis nec habiturum esse defectum / hoc
modo conditori conditum mundum fieri coeternum putant / aliud est
enim per interminabilem duci uitam / quia mundo plato tribuit / aliud
interminabilis uite / totam pariter complexam esse presenciam / quod diuine
mentis proprium esse manifestum . / Neque enim deus conditis rebus antiqui
or uideri debet temporis quantitate / sed simplicis pocius proprie
tate nature / hunc enim uite immobilis presentarium statum infinitus

Ille temporalium rerum motus imitatur / cumque eum effingere ad
equare non possit / ex inmobilitate deficit in motum / ex simplicita
te presencie decrescit in infinitam futuri ac preteriti quantitatem / et cum totam
pariter vite sue plenitudinem nequeat possidere / hoc ipso quod aliquo
modo numquam esse desinit / id quod implere atque exprimere non potest videtur
aliquatenus emulari alligans se ad qualemcumque presenciam huius exi
gui volucrisque momenti / que quoniam manentis illius presencie quandam
gestat ymaginem quibuscumque contigerit id prestat ut esse videantur.
Quoniam vero manere non potuit infinitum temporis iter arripuit eoque modo
factum est ut continuaret eundo vitam / cuius plenitudinem non com
plecti valuit permanendo / Itaque si digna rebus nomina velimus im
ponere platonem sequentes / deum quidem eternum / mundum vero dicamus esse
perpetuum / Quoniam igitur omne iudicium secundum sui naturam que sibi subiecta sunt compre
hendit / est autem semper deo eternus ac presentarius status / scientia quoque
eius omnem temporis supergressa motionem in sue manet simplicitate pre
sencie / infinitaque preteriti ac futuri spacia complectens / omnia quasi
iam gerantur in sua simplici cognitione considerat / itaque si pre

nciam pensare velis qua cuncta dinoscit / non esse presciencia quasi futuri sed
sciam numquam deficientis instancie rectius estimabis / unde non previde
ncia sed pocius providencia dicitur / quod porro procul a rebus infimis constituta
ab excelso rerum cacumine cuncta prospiciat / Quid igitur postulas
ut necessaria fiant que divino lumine lustrentur / cum ne homines quidem
necessaria faciant esse que videant / num enim que presencia cernis aliquam eis
necessitatem tuus addit intuitus / minime / atqui si est divini humanique
presentis digna collacio / uti vos vestro hoc temporario presenti quedam videtis / ita
ille omnia suo cernit eterno / Quare hec divina prenocio naturam rerum
proprietatemque non permutat / taliaque apud se presencia spectat qualia in
tempore olim futura proveniant / nec rerum iudicia confundit / unoque
sue mentis intuitu tam necessarie quam non necessarie futura dinoscit / sic
vos cum pariter ambulare in terra hominem / et oriri in celo solem videtis
quamquam simul utrumque conspectum / tamen discernitis / et hoc voluntarium illud
esse necessarium iudicatis / ita igitur cuncta despiciens divinus intuitus
qualitatem rerum presencium minime perturbat / apud se quidem presenci
um ad condicionem vero temporis futurarum / quo fit ut hoc non sit opinio

/ scit divinitate potius in ea cognitio / sicut ceterarum que esse cognoscat
quod quidem existimetur necessitatem carere non instat / Si dicas quod eventurum
deus videt id non evenire non posse / quod autem non potest non evenire
id ex necessitate contingere / meque ad hoc nomen necessitatis astringas fa
tebor rem quidem solidissime veritatis / sed cui vix aliquis nisi divini specula
tor accesserit / respondebo idem namque futurum cum ad divinam notionem re
fertur necessarium / cum vero in sua natura perpenditur liberum atque absolutum videri / due
sunt enim necessitates / simplex una ut veluti quod necesse est omnes homines esse
mortales / altera condicionis ut si aliquem ambulare scias / eum
ambulare necesse est / quod enim quisque novit id esse aliter ac notum est nequit /
sed hec condicio minime secum illam simplicem trahit / hanc enim necessitatem non
facit propria natura / sed condicionis adiectio / nulla enim necessitas cogit incedere
voluntate gradientem / quamvis eum tunc cum graditur incedere necessarium
sit / eodem igitur modo si quid providentia presens videt id esse necesse est tametsi
nullam nature necessitatem habeat / atqui deus ea futura que ex arbitrii liberta
te proveniunt presentia contuetur / hec igitur ad intuitum relata divini necessaria
fiunt per condicionem divine notionis / per se vero considerata absoluta sunt

ne sue libertate non deficiunt / fiunt igitur procul dubio cuncta quae fu-
tura deus non praenoscit / sed eorum quaedam de libero proficiscuntur arbi-
trio / quae quamvis eveniant. existendo tamen naturam propriam non amittunt / qua prius
quam fierent non etiam evenire potuissent / quid igitur refert non esse necessaria
cum propter divinae scientiae condicionem modis omnibus necessitatis ad instar eveni-
ant. Hoc scilicet quod propter ea quae paulo ante monstravimus sol oriens et homo gra-
diens quae dum fiunt non fieri non possunt / eorum tamen unum quam priusquam fieret
necesse erat existere / alterum vero minime. Ita etiam quae praesentia deus habet
dubio procul existent. Sed eorum hoc quidem de rerum necessitate descendit / illud
vero de potestate facientium / haud igitur iniuria diximus. Hec si ad divinam no-
titiam referantur necessaria / si per se considerentur necessitatis esse nexibus absolu-
ta / sicuti omne quod sensibus patet / ad rationem si referas universale est / si ad se
ipsa respicias singulare / sed si in mea inquies potestate situm est mutare
propositum evacuabo providentiam / cum quae illa praenoscit forte mutavero
Respondebo quidem propositum te tuum posse deflectere / sed quoniam et id te posse
et an facias quove convertas / praesens providentiae veritas intuetur divinam
te praescientiam non posse vitare / sicut praesentis oculi effugere non

possis intuitum quamuis te in uarias actiones libera uoluntate conuerteris. quid igitur in
quies ex mea dispositione scientia diuina mutabitur ut cum ego nunc hoc nunc illud
uelim illa quoque noscendi uices alternare uideatur. minime. omne namque futurum
diuinus precurrit intuitus et ad presenciam proprie cognicionis retorquet ac reuocat
nec alternat ut estimas nunc hoc nunc illud prenoscendi uices. sed uno ictu
mutaciones tuas manens preuenit atque complectitur. quam comprehendendi omnia
uisendique presenciam non ex futurarum prouentu rerum sed ex propria deus simplicita
te sortitus est. ex quo illud quoque resoluitur quod paulo ante posuisti esse indignum
si scientie dei causam futura nostra prestare dicantur. hec enim scientie uis presentaria notione
cuncta complectens rebus modum omnibus ipsa constituit nichil uero posterioribus debet. que
cum ita sit manet intemerata mortalibus arbitrii libertas nec iniqe leges
solutis omni necessitate uoluntatibus premia penasque proponunt. manet etiam
speculator desuper cunctorum prescius deus uisionisque eius presens semper eternitas
cum nostrorum actuum futura qualitate concurrit bonis premia malis supplicia di
spensans. nec frustra sunt in deo posite spes precesque que cum recte
sunt inefficaces esse non possunt. auersamini igitur uicia colite
uirtutes ad rectas spes animum subleuate humiles preces in excelsa

·i· parate

pongite / Magna .n. vobis est sidissimullare no vultis necit

·i· integros posita — dona

as indita provitas / Cuz ante ocellos agitis iudicis cunta

·i· aspicientis

Cernentis Deo gras.

Ihs xps laudetur qr finis Lib' veter — serebs ...

estos son los libros q quedan en el mjo cofre encomendados a martin mj ermano quando parti pera salamanca anno de lxxj anon de setienbre

pmo el boecio de consollacion
it vn libro pera sermonar q va por abecedario
it el jeha canonge sobre los fisicos
it la lochica efisica de paulo de benecis
it las encas de boecio
it los pchamentes de paulo
it el libro de ara
it vna vectoria de romen
it vna lochica de artes de mo agudo fue dado por vibes y porray a vn vendedor
it vn sermonario
it el de cello e generacione e metanzas dt paulo
it el egidio de regimyne pnrypu
it el conpendio de alexandre dales
it las pistolas de senegua
it los textos dla brexa traslacion
it vn flos santors
it el ognicio
it elos modos significandi e sin lectenza
it los passags de francisco
it la ystronomya de leonardo

[illegible] q de inade q como in sede a mosse cop[illegible]
et 2a que deposse a dlligibus diebus ple quibus beat bo necheeze 87
et dixit q si archiepiscopus deret licencia no ipe ult
3 notarius me fatn teste maestre tamis et libriano quatuor
vocibus fuit bisstrare cum instacione respondit
4a pppppinn
5 non e denaiejod

Ms. Lat. 129

Sede sedens ista iudex inflexibilis esta
sit ÷ lucerno
Lex et lux pellixo q parezno

La despensa del capitol can fraro

pmo ceopa agua sustancioso como dize mi casera
carne. vuy dineros cada dia guevos fiestos
fruyta dos dineros cada dia viernes sabado peces
questo bruto por natas convidar le de toda despensa
possar acomez ante q yo / a la noche quando vienen
de pasien entre nnabe eso sin bino sepo al poco
sin fruyta dura eso collacio fasta las xij oras de meda noche.

54H-89

1959(A6102) BA Gen F

[illegible]
pietro [illegible]

[illegible]

[illegible]

Parma